



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

11. De adventu pastorum in stabulum.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

8 VITA CHRISTI

Dominus , in civitate David. Et hoc vobis signum : Invenietis infantem pannis involutum, & positum in præsepio. *Luc. 2. v. 10. 11. 12.*

III. Et subito facta est cum Angelo multitudo militiæ cœlestis, laudantium Deum, & dicentium : Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. *Luc. 2. v. 13. & 14.*

MEDITATIO XI.

*De adventu pastorum in stabulum.*

I. **E**T factum est, ut discesserunt ab eis Angeli in cœlum, pastores loquebantur ad invicem : Transeamus usque Bethlehem, & videamus hoc verbum , quod factum est, quod Dominus ostendit nobis. *Luc. 2. v. 15.*

II. Et venerunt festinantes : & invenerunt MARIAM, & IOSEPH, & infantem positum in præsepio. Videntes autem, cognoverunt de verbo , quod dictum erat illis de puero, hoc. *Luc. 2. v. 16. & 17.*

III. Et omnes , qui audierunt , mirati sunt de his , quæ dicta erant à pastoribus ad ipsos. MARIA autem conservabat omnia verba hæc , conferens in corde suo. *Luc. 2. v. 18. & 19.*

IV. Et

AD ANNUM XXX.

IV. Et reversi sunt pastores, glorificantes & laudantes Deum in omnibus, quæ audierant & viderant, sicut dictum est ad illos.  
*LUC. 2. v. 20.*

MEDITATIO XII.

*De circumcissione Domini.*

I. **P**ostquam consummati sunt dies octo, ut circumcideretur puer, vocatum est nomen ejus IESVS: quod vocatum est ab Angelo, priusquam in utero conciperetur.  
*LUC. 2. v. 21.*

MEDITATIO XIII.

*De adventu Magorum Hierosolymam.*

I. **C**um natus esset IESVS in Bethlehemi Juda, in diebus Herodis regis, ecce Magi ab Oriente venerunt Hierosolymam, dicens: Vbi est, qui natus est rex Iudæorum? vidimus enim stellam ejus in Oriente, & venimus adorare eum. *Matth. 2. v. 1. & 2.*

II. Audiens autem Herodes rex, turbatus est, & omnis Hierosolyma cum illo. Et congregans omnes Principes sacerdotum, &